

IACOBI BONIOVR CARPENTORACTENSIS

AXIOMATA LIB. PRIMI PANDECTA-
RVM IN SCHEMATIBVS,

Ad Cardinalem Guñsianum
CAROLVM LOTHARINGVM.

LEGVM ALIQVOT AENIGMATA.

Ad Gallia Cancellarium,
FRANCISCVM OLIVARIVM.

In quibus dispositiones ex iure profectæ, & iu-
ris apices, difficillimiq; nodi, ac ἀντινομίαι
dissolutiones resolvuntur: su-
perfluis distinctionibus,
additionibúsve
reiectis.



LVGDVNI,
Apud Theobaldum Paganum.
M. D. L.

Cum Privilegio Regio.

Ioannes Villalobos,



Es copia comp. de Jesus de sala

Num. 48. Cap. 8.

Num. 35...

PRIMÆ PANDEC.

CONSTIT. PRAENOMEN.



IN^A NOMINE Domini IESV CHRISTI Imperator Iustinianus, Cæsar, Flavius, Alemanicus, Gotthicus, Francus, Germanicus, Atticus, Alanicus, Aphricus, Vandalicus, Pius, felix, inclytus, victor ac triumphator semper Augustus Theophilo, Dorotheo, Isidoro, Anatolio & Thallelæo & Cratino viris illustribus antecessoribus, & Salaminio viro disertissimo salutem.

SUMMVM CAPVT.

• Remp. supero Numini commendandam.

• **I**N^A NOMINE Domini IESV)† Preter cætera, quæ Reip. præstare debemus, illud maximum, sanctissimum & Deo gratissimum esse Iustinia. hic demonstrat, ut eius pacem, dignitatemq; supero Numini in primis commendemus. • Non enim solum pace ac quiete, verum etiam religione & pietate Respub. conseruatur ac moderatur. Hinc Pitho Atheniësis ob res feliciter gestas ipsum admirantibus, ac prædicantibus, quod Cotin regem interemisset: Dijs, inquit, habenda est gratia, quibus autoribus hoc facinus præclare gestum est. Non enim nobis Domine, non nobis, ut ait Psalter ille Regius, sed nomini tuo da gloriam. Euentus rei in manu Dei est, & huic debetur gratia si quid feliciter cesserit. Sed interim vult nostram operam accedere.

d. l. ij. C. de offic. præfec. præf.

PRIMA CONSTITVTIO.



QMnem totius Reipublicæ nostræ sanctionem, • a nobis iam esse purgatam & compositam, tam in quatuor libris Insti

b s tuion

LEGVM ALIQ VOT AENIGMATA,

IACOBI BONIOVR.

Ad Galliæ Cancellarium,
FRANCISCVM OLIVARIVM.

In quibus dispositiones ex iure profectæ,
& iuris apices, difficillimiq; nodi ac
ἐντρομίστοι dissolutiones resol-
uuntur: superfluis di-
stinctionibus,
additionibus ve
reiectis.



LVGDVNI.
Apud Theobaldum Paganum.

1550.

LEGVM ANIGMA

TA IACOBI BONIOVR:

CAPVT I.

An filius qui ante paternam dignitatem nascitur, patris iura retineat.

Ad l. Senatoris. De Senato.

SVMMA CAPITA.

- 1 Qualitas ad tempus magis accommodum referenda est.
- 2 Quod à principio non ualet, tractu temporis non conualescit.
- 3 Filij Heluetiorum in militia nati stipendia retinent.
- 4 Maior natu, regno succedit.
- 5 Quod à principio non ualet, tractu temporis conualescit.
- 6 Naturalis legitimus factus, equaliter succedit.



ARIVS relictis duobus filijs Arimene & Xerxe, moritur. Arimenes, qui antequàm pater, Rex creatus fuisset, natus erat, primum sibi locum vindicabat: Xerxes verò non de ordine, sed de nascendi felicitate contendebat. Anasernes patruus veluti iudex

domesticus, Xerxem præponendum, anteriore filio Arimene in conditione pristina remanente respondet.^b Ob id fortassis, quòd qualitas ad tempus magis commodum referenda sit.^c Cùm enim primum regno succedere oporteat, conuenientius visum est, vt potius Xerxes, quàm Arimenes, qui natiuitatis tẽpore priuata conditionis erat, succederet. quasi qualitas primogenituræ, cum regno non concurrat.^d Qui cùm à principio succedere non potuerit, ex euentu non confirmabitur. Hinc est, quòd si cùm alieno seruo iussu meo contractum sit, eumq; postea redemero, quòd iussu non tenebor.^e Ne actio, quæ à principio inutilis fuit, ex euentu confirmetur.^f Patet in testamẽto patris, qui filij sui non meminit: nam etiam si præmoriatur filius, nõ valebit.^g Postremò Heluetiorum moribus confirmatur. In militia enim ex iustis nuptijs procreatus, militaria stipendia retinet.^h Ita etiam Xerxes, qui patris statum à natiuitatis tempore sequitur,ⁱ præferendus fuit. Non ergo rescindi potest, quod iure valet.^k Imitabor tamen Diogenem, qui

a l. nec quicquã, §. de plano. de offi. procons.

b l. pen. et fin. de decu. lib. x. c.

c l. Titius. de mli. testa.

d l. si tutoris. q. i. iussu. l. inter. §. sacram. de uerb. obl.

e l. cetera. §. j. de lega. j. §. prætor. Inst. quib. nõ est permis.

f §. j. Inst. de exher. lib. l. si cut. C. ad leg. Corn. de fal.

g l. ex libera. C. de suis et leg.

h l. quicquid. de priu. ag. l. x. c.

i l. fin. C. de ser. fug. l. si. de lib.

k l. donationes. la ij. de dona.

cum